



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

230. Sabbato. Beata Virgo mortificationis Magistra.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

*Sabb. Domin. 8. post Pentecost. 413*

cogitare, ac si mihi essent impossibilia: Ac potius omninò ea non cogitare, sed à momentanea etiam, si potuero, apprehensione repellere. 2. Me ipsum adhuc in partibus honestis corporeis sine manifesta necessitate non tangere. 3. Alterius manum, aurem, caput, vel brachium, nisi evidens necessitas adsit, nullo modo contingere. 4. In vestibus, & lecto soli necessitati providere. 5. Ea, quæ coram me sunt, ad curiositatem non tangere, sed, nisi necessitas aliud postulaverit, manum quietam continere.

MEDITATIO CCXXX.

*Sabbato Domin. 8. post Pentecost.*

*B. Virgo mortificationis, Magistra.*

Videbo B. Virginem moribus Filio DEI simillimam, & alteram imaginem Christi, Petam eam imitari.

*Conf. 1.* Fructum Redemptionis in B. Virgine magis redundantem, fuisse causam Mortificationis perfectæ magis, quàm in quocunque alio Sancto: juxta D. Bernardum: Epist. 17. Quod vel paucis mortalium (ut Hieremia, Joanni Baptistæ, &c.) constat fuisse collatum, fas certè non est suspicari tantæ Virgini fuisse negatum. Minimi navi pliea sunt, quæ ab amplexu dilecti arcent.

*Conf. 2.* Quàm feliciter B. Virgo affecta



414 *Dominica 9. post Pentecosten.*

fit scientiam Sactorum, iudicium proprium  
subegerit, passiones habuerit domitas, cogitationes ordinaverit, corpus cultu decenti  
ornaverit, & asperitate ad omnem virtutem  
adaptaverit, & ut verosimile est, Unigenitum  
suum non nisi interjectâ telâ lineâ attigerit.

*Conf. 3.* Proposita hujus septimanæ  
memoriam reducendo; de lapsibus mea-  
culando: veniam petendo: & gratiam pro  
niorem emendationis atque imitationis  
Virginis. Addeudo: *Ave maris Stella,* &c.

MEDITATIO CCXXXI.

*Dominica 9. post Pentecosten.*

*De mortificatione motuum  
corporis.*

**V**idebo corpus nostrum templum  
Spiritus sancto consecratum, Per  
non converti in speluncam latronum.

*Conf. 1.* Quomodo perfectionem Christi-  
stianam profitens eniti debeat, ut omnes  
etiam corporis motiones ordinet, vel ideo  
quia sumptio D. IESU Eucharistici exigat  
extremam mundiciem, juxta D. Dionysium  
Areopagitam, de coelest. Hierar. cap. 3. Sicut  
igitur è templo etiam venditio columbarum  
eliminanda, sic è corpore, quidquid inordi-  
nati motus est, profligandum, S. Ignatius  
Fundator Societatis JESU in Bulla Canon-  
izationis